

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute prestat, domino Ioachimo von der Heiden, secretario inclyti electoris ducis Saxionae, &c. patrono suo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

per Martinum significes. Nam etsi Lipsiam profici-
cisci cupio: tamen uereor ut id mihi permittat $\chi\alpha\lambda\lambda\iota\gamma\epsilon\alpha\phi\omicron\iota$,
qui adhuc cudunt Germanicam Apolo-
giam, in qua emendanda nonnihil habeo negocij.
Vale. 1531.

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute
prestati, domino Ioachimo von der Hei-
den, secretario in clyti Electoris Du-
cis Saxoniae, & c. patrono
suo, S. D.

Clarissime uir, dulcissimi sunt uersiculi Euripi-
dis, de misericordia erga calamitosos:
 $\epsilon\iota\ \mu\eta\ \gamma\alpha\rho\ \omega\upsilon\ \alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\omicron\varsigma\ \epsilon\iota\ \pi\epsilon\pi\upsilon\chi\alpha\iota\varsigma$
 $\iota\pi\alpha\rho\epsilon\tau\eta\omega\varsigma\ \delta\ \phi\alpha\nu\eta\sigma\omicron\mu\iota\ \phi\epsilon\iota\nu\omega\upsilon.$

Nec uerò hos uersus ideo recito, ut de ipso offi-
cio, de quo loquuntur, te admeam: sed quia te ui-
rum doctum, commemoratione talium dictorū de-
lectari scio. Vt quisq; maximè intelligit uirtutē, ita
maximè amat tales descriptiones, et quasi $\epsilon\iota\kappa\omega\alpha\varsigma$
uirtutum. Est omnino, ut uersus illi dicunt, conue-
niens hominum natura, lenire miseris calamitates:
quod cum facias, agnosco uirtutē tuam, & tibi gra-
tiam habeo: & opto, ut uicissim tibi Deus benefa-
ciat. Oraui nuper, ut si defatigatum animum auli-
cis occupationibus nostri congressus nonnihil exhi-
larare possent, ut quoties libet, ad me uenias. Idem
rursus

rursus significo: ac nunc te D. Paulus ad philosophicam coenam uocat, daturus nobis lepuscum, quem ipsius lepos condiet. Bene uale.

Guilielmo Reiffenstein S. D.

Quæso te mi Domine Guilielme, ut pro tua summa humanitate, ac singulari erga me beneuolentia ignoscas, si tibi hoc tempore, quo alioqui multis negotijs districtus esse soles, meis quoq; literis molestiâ exhibere uidear. Nā profectò me res ad scribendum impulit, quæ nisi sit honestissima, patiar ut me summæ temeritatis accuses. Sin uerò satis ad scribendum cause tibi quoq; esse uidebitur, oro & obtestor, ut pro tua humanitate tum æquo animo has literas accipias, tum nõnullo officio iuues, q; hac à te epistola petere cõstitui. Hic q; tibi has reddidit literas, cuius tenentis optimus uir est, quantum ex aliorum prædicatione intellexi: et ipse hoc tempore quo lenis sumus, expertus sum. Quia uerò mediocres habet facultates, easq; tum cõseruare, tum et augere nõnihil cupit: Francofordiã ad mercatum proficisci statuit, ut ibi pannum, aliasq; necessarias merces coemat. Cùm igitur nunc primum eõ proficiscatur, à me petijt ut se alicui amico meo cõmendarẽ, à quo pãdisceret rationẽ Frãcofordiẽsis mercatus. Audiuit enim maximas esse imposturas quorundã mercatorum, q; isthic uersantur, ut uix quisquã sine iactura inde redire, præsertim si q; ignarus fraudum istarum, & tanq; tyro eõ ueniat, possit. Iam uerò, mi D. Guilielme, cùm me

moria